

3372 Pinnae in limine portae maximaee ecclesiae cathedralis.

I PATER
S
T FILIO VIVA

Pansa f. 193 apud Capassum p. 5.

3373 [=6125] Pinnae in puteo seminarii.

.....
... OLA ...
... NIO ...
.....

Allegranza Nov. p. 394 (ab opusculis abest).

3374 pars tabellae marmoreae. Civitella Casanova rep., est ibi in domo Felzani.



Dressel descripsit.

LXXV. Capestrano. AVFINVM (Ofena).

In valle fluvit olim Tirini (n. 3375), hodie Tritani, Capestranum quod nunc est Romana aetate pagus videtur fuisse satis celeber; nomen ignoratur, neque quidquam dandum est conjecturae satis levi, quae propter titulum n. 3515 Bussi eiusdem vallis vicum Busutrum nuncupavit. Tituli argumenti privati omnes cum rem publicam nullam hoc loco fuisse declarant, pastores eo loco tamquam conciliabulo usos esse indicat porticus ibi facta ex pecunia saltuaria vel saltuariorum (n. 3386). Comprehensa autem videtur fuisse vallis haec finibus Peltuinatum. — Adiunximus titulos repertos ad Capodacqua et Bussi. Hic vicus fuit ad *confluentes Aternum et Tirinum*, ad quos teste miliario infra edito via Claudia nova a Forulis (Civita Tomassa) veniens incidit in Claudiam Valeriam.

Peltuinatibus iungi *Aufinates cismontanos* Plinius scribit (h. n. 3, 4,

1) Aufini nomen inesse crediderim etiam in loco vexatissimo Charisii 2 p. 193 Keil, ubi grammaticus postquam exposuit in fine adverbiorum modo o modo eponi ita pergit secundum codicem: *non quia negem ultra safinum interquaectione osteatinis ut marucinis esse moris e litteram relegare, o videlicet pro eadem*

106); significari Ofenam quae nunc est¹⁾ et nominis similitudo suadet et quod vere Ofena ut proxima Peltuino, ita inde iugo montium separata est; denique Ofena episcopium vetustum habuit. Cismontani properea appellari videntur, quod summum iugum Apennini montis (*Forca di Penna*) Aufinum et Pinnam separat; ceterum cognomine oppidum trans Apenninum nos certe nullum novimus. Tituli Ofenae reperti cum habeant quidem magistratus, sed quos satis constet Peltuini honores gessisse, probabile est Aufinates non tam suam rem publicam habuisse quam adiunctos fuisse nescio quomodo rei publicae Peltuinatum.

littera claudentibus dictionem; nam eius loci principium ita puto restituendum esse: *ultra Aufinum inter Vestinos, Teatinis ut Marrucinis esse moris*. Scilicet coniunguntur Vestinorum qui sunt transmontani et Marrucini; loco autem minus noto grammaticus finem determinavit propterea quod Aufinates, ut innuit Plinius, cismontanorum extremi sunt et consuetudo altera apud cismontanos obtinuit altera apud transmontanos. Teatinis Marrucinos non recte opponi, immo sollemnem esse dictionem Teatinorum Marrucinorum periti non ignorant.

3375 [=6016] in columna alta m. 0.84 ita excisa, ut inscriptio primaria, quam quadrato inclusimus, legatur in plano. *Scoperta in riva al nostro fume* (qui est Tritanus) COST. Sub Capestrano XV passibus a sin. ripa Tritani M p. a Capodacqua rep. LIBER. Hodie ibi in domo Benedicti Capponi.

		S i l u a n o s a c R V M	
		ATHE III - LATERANI	
		LIB - PROC - ET - EVTYCHES DISP	
p. C. 156	SILVANO	5 MAGNE DEVVM SILVANE POTENS	
	ET - AVGVRINO	SANCTISSIME PASTOR · QVI NEMVS	
	COS	IDAEVM ROMANAQVE CASTRA	
XVI K APRIL		GVBERNAS · MELLEA QVOD DOCILIS IVNCTAST TIBI FISTVLA CERA ·	
		NAMQE · PROCVL CERTE VICINV	
		IVNGITVR AMNIS · LABITVR	
		10 VNDA LEVI PER · ROSCIDA PRATA TIRINVS	
		GVRGITE NON ALTO NITIDIS ARGENTEVS VNDIS	Ovid. met. 3, 407
		ET TENERAM · AB RADICE FERENS SILVANE CVPRESSVM	Vergilius georg. 1, 20
		ADSID HVC MIHI SANCTE FAVENT SVN MENQ · REPORTES	
		QVOD TIBI PRO MERITIS SIMVLA CRVM · ARAMQ DICAVI	
		15 HAEC EGO QVAE FECI DOMINORVM CAVSA SALVTIS	
		ET MEA PROQVE MEIS ORANS VITAMQ BENIGNAM	
		OFFICIVM QVE GERENS FAVOR TV DEXTER ADESTO	
		DVM TIBI QVAE REFERO QVAEQ ARIS INCLVTE REDDO	
		EX VOTO MERITO QVE LIBENS MEA DICTA RESOLVO	
		20 ILLE EGO QVI INSERVI NOMEN IN ARA MEVM	
		NVNC VOS O LAETI BENE GESTIS CORPORA REBV	Vergilius Aen. 9, 157
		PROCVRATE VIRI ET SEMPER SPERATE FVTVRM	158
		D D D D	

Recognoverunt Brunn et Dressel. De Costanzo *odep.* f. 219' et apud Marinum *papiri* (1805) p. 332, cui dedit a. 1800; Don. Capello 20 Febr. a. 1810 misit Gervasio (epp. ms. vol. II); Liberatore *opuscoli* I (1834) p. 112; Carli ann. inst. 1834 p. 150 eodemque exemplo Anonymus Avezzanensis. Henzen 5751.

Pauca elementa quae non agnoverit Dresselius v. 12. 13. 16. 17. 19 recognoscens, inclinavi. — 1 spatium non satis expletur eo quod adscripti; sed SANCTO praeterea non capit. — 2 NI LATERANI Brunn. — 9 iugiter pro iungitur coniecit Lachmannus in ed. 4. — 12 at pro et idem.